

tuas, tibi retineas in tuo raciocinio computandam, nostre tamen
curie reservato, quod, si qui prefatum officium & secretie per cu-
riam nostram concedi sibi petierint in cabellam, liceat nobis
officium ipsum locare plus offerentibus emptoribus quibuscumque
inrata consuetudinem in talibus hactenus observatam, tibi bona
fide tenore presentium promittentes, quod a predicto officio te
curia nostra nullatenus amovebit, nisi tibi prius plenarie ac
sine diminutione aliqua de pecunia dicti officii secretie de eo-
dem mutuo satisfiat nec emptores aliqui ad exercendum ipsum
officium aliquatenus admittantur, donec tibi sit de dicta pecu-
nia mutuata totaliter satisfactum. [30] Et quia volumus te in dictis
officiis expensis propriis laborare, volumus et excellentie nostre pla-
cet, ut de eadem pecunia officii tui expensas pro te tuis scute-
ris et equis tibi retineas ac exhibeas expensas et notariis et
vice secretis pro eo numero personarum et equorum et ad cam-
pacionem, sicut precessores tui in dictis officiis retinuerunt et
exhibuerunt temporibus retroactis, recepturus eandem scripta
competencia ad cautelam. Dat. Melfie primo septembris
er. indictionis, regni nostri anno septimo.

~~Regium Augustinum~~ 13. Jul. 1788